



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

III. Impostura Calvinistarum, Germaniam à suis partibus stare
affirmantium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

officina progressos libris euoluuisse, sed vere & sancte affirmare posse, nihil in iis firmi ac solidi, & in quo Christi amans anima acquiescere possit; sed econtra milles blasphemias, conuicia, mendacia, salje & scurrilitate dicta, collatum denique errorum & contradictionum reperisse. Ex quibus facile intelligi possit, Caluinistas non eodem duci spiritu. Sed de hac discordia cuiusque effectibus latius infra. Constitutum enim mihi est, in quadam huius operis parte duas has religiones inter se componere ac comparare, quo intelligatur Caluinisticam ab illa ipia damnatam ad quam originem suam refert.

IN HOC CAPITE AUCTOR IN-
cipientem hæreses ruinam demon-
strat. Deinde de statu Imperij in
Germania aliqua dicit.

C A P U T . X I I I .

A R G U M E N T U M .

- I. Perperam Germaniam totam Lutheranam censi-
seri.
- II. Ex eareliquis hæreses & secta proscripta, excepta
Augustana Confessione.
- III. Impostura Caluinistarum Germaniam à suis par-
tibus stara affirmantum.
- IV. Reipublica & Statuum in Germania divisio.
- V. Mos seu lex, de subdivisi in religione continendis.

I. **E**t hactenus quidem originem hæreses, Einsdemque apud septentrionales populos progressum coarctauimus: sequitur ut exponamus, quemadmodum eadem decrementum accipi-
ere cooperit. Ex cuius rei particulari descriptio-
ne, diuersarumque Prouinciarum, apud quas di-
uersarum Religionum Professio viget, enumeratio-
ne manifestum fiet, adhuc eam partem, quæ Catholicae fidem retinuit, fortiorum esse, reli-
quaque quando libererit, posse sub iugum denuo
mittere. Nam quidquid ab Ecclesia Romana seces-
sionem fecit, eo ipso ab uitate corporis sub uno
capite Christi in terris Vicatio, recedens, necessa-
rio in varias partes disiectum, quasi humi repit,
nihil aliud quod die expectans, nisi tam sara-
lam tristemque suam ruinam & extremum interi-

tum dicente Domino: Omne regnum in se divisum
desolabitur. Nec minus iniuste Galli Germaniam
Lutheranam appellant, quam Galliam Caluinisti-
cam Germani. Sed omnia hoc loco Gallia, pro-
positum est mihi ab iniuria vindicare Germaniam:
bellicosissimam profecto nationem, quæ pro Ec-
clesiæ incolitate tot cruenta prælia iniuit, tot
gloriosas viatorias reportavit: quæque non modo
armorum, sed & litterarum laude certeras omnes
Nationes prouocare non erubescat. Apparebit,
quo pacto initio decimi septimi saeculi, ad quod
post tot naufragia appulimus, in iis locis, vbi era-
dicata fuerat Religio Catholica, eadem regermit
atque resorescat, non secus ac nouella arbor,
quamvis ferro subiude accidatur, nouos tamen ramos
producit. Videbimus, ea, quæ iam perisse at-
bitrabanur, adhuc magna ex parte agnosceré
summum Pontificem, Dc: in terris Vicarium, ad-
huc patrum suorum Religionem sequi, adhuc Ec-
clesiæ Romanæ antiquis legibus regi, & non fol-
lum Hulsij & Muncri veteres reliquias paulatim
profugare, sed cum iis etiam, qui Lutheri, Zui-
nglii & Caluini ductum sequuntur, certamen im-
pigre suscipere.

II. Nam quod attinet ad cœteros hæreticos,
qui ducti à Lutheris origine, non aliter ac vi-
peræ quædam matres suas, à quibus conceptæ, in-
lucem editæ, quarumque adeo lacte enutrita fue-
rant, tentauerunt suffocare; illis nullus iam in
Germania, neque in Ciuitatibus Imperij, neque
in iisditionibus, quæ Principum aliorum & parti-
cularium Dominorum imperio subsunt, locus
per Imperij Constitutiones datur, vnde nec pateretur
debet. Loquor autem de Anabaptistis, Anti-
trinitariis & alijs id genus sectis. Hi enim in la-
tissimis hisce prouincijs usquam habent iure
vbi tuto consistant, sed omnis generis perseque-
tionibus sunt obnoxii. Quo sit, ut haec cogatur,
sece aliquod recipere in Poloniam aut Mor-
uiam, aut Silesiam, item in Zelandiam & Batavi-
am, vbi eos Caluinistæ receperunt, & omni fa-
uore complexi sunt. Quod si etiam ab Austriæ
Principibus alicubitolerantur, non aliter id sit,
quam quomodo etiam Iudeos patientur in di-
tionibus suis habitare, grauissima enim tributa
coguntur pendere, & de cetero viuant tanquam
mancipia: quinetiam politicis constitutionibus
ponæ ipsi per Magistratum inferendæ à Prin-
cipibus decernuntur.

III. Restant ergo ibi Lutherani tantum, qui
diuisi

diuisi sunt in Augustano-Confessionistas sive Lutheranos Stoicos seu Rigidos (sic enim eos qui Lutheri dogmatis mordicus adhærent; alias vero aliquanto magis remissos, Molles appellant) & Interimistas, qui ab alijs se iuncti sunt; & quamvis sub Lutheranorum nomine comprehendantur, ac per omnem fere Germaniam, in primis vero per urbes septentrionales sparsi sint, nequam tamen iam Catholicos virtute exquant, quamvis eisdem aucte longe superarant. Hic vos, o Galli Calvinistæ, qui nouæ vestræ Ecclesiæ limites tam longe lateque protensos dicitis, & chartis ac tabulis quibus vestræ Mundum religionis depictum ostentatis, Germaniam, quæso, expungite. Quos enim vos fratres vestros esse vultis, iij vos Sacramentarios appellare omnibusque conuiitijs infestari non dubitant quoties in vosanathema dixerunt: quoties æternum irreconciliabiles vos esse declararunt? Nescitis quid hæc elogia sibi velint? Tuus felix! Durchsetze! Oberenfeste! Verteuffelste! Reyer! Evidem interpres est nolo, ne crabrones in me iumentum. Mihi quidem vos idem facere videbunt quod ære obruti mercatores; qui ad mendacitatem redacti, ut fidem quæ possunt ruerantur, aliena pro suis ostentant. Quod si recte rationem inieritis, vix angustum aliquem angulum vbi latibula vestra habeatis, solo quippe Palatinatu, & paucorum Comitatum ditianculis inclusi. Omnes enim qui Augustanam Confessionem sequuntur, omnes Interimistæ, omnes Lutherani, molles, rigidi, & quicumque alij vobis contradicunt atque etiam anathemahodiendum anuneantur. Numquid Lutherus nihil cum Sacramentarijs rei sibi esse voluit? numquid societatem eorum maledictam pronunciauit, idque verbum sepius postea repetiuit? Numquid eorum quos vos fratres vestros esse iactatis, contra vos strictos gladios? numquid fumum è sclopis contra vos dispersis in media Gallia vidistis, atque etiam corpore exceptis? Noti sunt vobis Comites Valdeci, Reingrauij, Comites Barbiennes, Landgrauij Dietz, Comites Marchiones Badenses, Ernestus Mandeslaus, Otto Potitus, Carlowitius, & alij equitem peditumque praefecti, qui maiorem vestrorum in Dryendum campis, ad Monceturium, Iancacum, & alijs locis prælio victorum cruentas strages ediderunt, ac casorum corporibus terram secundarunt. Sed ut & vanitas vestra & ipsa vestri veritas tanto melius apparet, calculum ac-

curatus aliquanto subducamus, ac rem ipsam veluti ob oculos proponamus.

IV. Germania omnis in tres ordines sive Status diuisa est. Primus ordo est Ecclesiasticorum, qui potentes admodum sunt, ut inter quos complures pro Imperiis Principibus censentur. Ex horum numero sunt primo Archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis, Treuirensis, qui etiam Electorali gaudent dignitate; tum Salisburgensis, Magdeburgensis, Bremensis, &c. Post hos sunt Episcopi Bambergensis, Virzburgensis, Leodiensis, Vormatiensis, Spirensis. Argentiniensis, Curiensis, Augustanus, Tridentinus, Brixiensis, Vesontionensis, Constantiensis, Hildesheimensis, Ratzenburgensis, Friburgensis, Olisburgensis, Monasteriensis, Ratisbonensis, Passauensis, Basileensis, Cameracensis, &c. Tum Abbates, Fuldensis, Hirsfeldensis, & alijs, qui omnes, vti diximus, inter Imperijs Principes numerantur. Secundus ordo est Principum secularium, in quo sunt multi Duces, Comites, & Barones magnæ potentiae. Ad tertium ordinem pertinent ciuitates, quæ liberae & Imperiales nominantur, ut quæ præter Imperatorem dominum non agnoscunt, eique leue tributum pendunt: quamvis nonnullæ sub particularum quorundam Principum sint patrocinio. Earum ciues summa fruuntur libertate, & utram volunt, vel Catholicam vel Lutheranam religionem sequuntur. Ad ceteras enim sefas quod attinet, nulla hic fertur, nec quisquam villam profiteri publice audet. Ex his vero urbibus nonnullæ taora sunt potentiar, ut etiam cum potentissimis Principibus bellum suscipere auferint, ut post bellum Simalcadicum Magdeburgensis ciuitas non Imperatori tantum, verum etiam toti fere Imperio se se opposuit & nostro tempore Brema, Norimberga, Lubecca potentissimis Principibus restiterunt. Porro tres hi ordines omnes & singuli ad comitia ab Imperatore indicta veniunt, aut Legatos suos mittunt: in quibus controversiae religionis magnis contentiionibus & varijs studijs sepe hactenus disceptatae sunt, dum utrique tamquam pro aris & focis pugnant, & maiori fere quam religionis quisque sua propagandæ desiderio tenentur.

V. In Germania vero instar sanctæ & inviolabilis legis hoc obseruantur, ut dominus subditus quam vult religionem prescribat: sic ut Princ-

ipes

